AUSPICIIS

Augustissimi et Potentissimi

IMPERATORIS

ALEXANDRI I

Russorum Autocratoris

ETC. ETC. ETC.

JOSEPHUS TWARDOWSKI, a Consiliis Aulae, Philosophiae Doctor, **CAESAREAE** Universitatis Litterarum Vilnensis Matheseos Sublimioris Professor Publicus Ordinarius et **RECTOR MAGNIFICUS** una cum **SENATU ACADEMICO**,

Juvenem ornatissimum ac nobili genere ortum LEONEM VINCENTII filium ROGALSKI, qui studiorum curriculo in Gymnasio Vilnensi emenso, quum XIII Septembris a. MDCCCXX in Civium hujus CAESAREAE Universitatis numerum esset adscriptus, et in Ordine Professorum scientiarum Physico-mathematicarum primo anno Physices, Chemiae, Botanices, Zoologiae, Mineralogiae et Agronomiae, in sequenti autem biennio in Ordine Prof. scientiarum Ethico-politicarum, Juri Romano, Patrio, Ecclesiastico, Oeconomiae politicae, Historiae universali et Rossicae, Statisticae generali et Rossicae operam et studium navando, in examinibus semestribus adeo satisfecerit, ut ad formulam legis § XXIV de conferendorum honorum academicorum ratione modoque, Professorum ordinis Juridici die XXX Junii a. MDCCCXXIII lata sententia Civis Actualis gradum et honorem meruisse judicaretur; Nos igitur Juvenem quem diximus ornatissimum LEONEM ROGALSKI Civem Actulem in Ordine Juridico renuntiamus ac Supremi Edicti ex die IX Julii a. MDCCCXXII vi in XII classem referimus cunctisque juribus atque commodis uti ac frui volumus. In cujus rei fidem has Litteras testes quibus impressum est Sigillum Universitatis subscripsimus promulgavimus et Civi nostro tradendas curavimus. Vilnae in Aedibus Academicis die XVII Januarii anno MDCCCXXIV.

№ 316.

Josephus Twardowski

S. C. M. a Consiliis Status, Caesareae Universitatis Litterarum Vilnensis Professor Emeritus, Ordinis S^tae Annae 2^dae classis Eques, Ordinis scientiarum Ethico-politicarum loco Decani. Simon Malewski

Norbertus Jurgiewicz [illegible]
Univ. a Litteris

Dypl. 537